Ad fundamentum primae sententiae nego minorem; ad cuius probationem dico posse a nobis concipi essentiam prout in intellectu est esse obiectivo praescindit tam ab esse possibili quam ab esse actuali sive contingenti, nam licet a parte rei essentia realis semper sit aut possibilis tantum aut actualis et contingens, tamen esse obiectivo est per intellectum potest praescindere ab utroque statu ut si concipiam animal rationale esse non inquirendo an sit possibile vel actuale, sicut possum cognoscere animal praescindendo per intellectum a rationali et irrationali licet a parte rei semper sit cum una ex his differentiis.

Quod si quaestio proposita intelligatur utrum quando in re existente concipitur essentia actualis et existens et similiter existentia actualis et existens concipiantur duae formalitates, pars negativa mihi videtur verissima, quia essentia actualis includit essentialiter actualem existentiam, unde illis duobus conceptibus non respondent duae rationes formales distinctae et ideo synonymae sunt hae propositiones, res sit in actu suam essentiam et sit in actu suam existentiam et hoc solum probat argumenta adversariorum.

Obiicies: si essentia rei distinguitur formaliter ab existentia etiam essentia existentiae distinguitur formaliter ab exercitio eiusdem existentiae. Consequens est absurdum ergo etc. Respondeo: maior probatur: ideo essentia rei distinguitur ab existentia quia possumus concipere essentiam praescindendo ab hoc quod existat vel non existat, sed etiam possumus concipere essentiam existentiae praescindendo ab eius exercitio, hoc est ab eo quod correspondeat a parte rei vel non correspondeat. Minor probatur: quia idem actuale exercitium potest praescindendo ab hoc quod correspondeat vel non correspondeat a parte rei et ipsum etiam potest concipi duplici conceptu et distingui in duas rationes formales, unde daretur processus in infinitum in huiusmodi rationibus.

Respondeo negando sequelam maioris, pro quo advertendum est quod prima et secunda operatio intellectus non differunt penes obiectum quod eodem possunt utramque terminare, sed solum ex eo quod secunda certificat rem ita correspondere a parte rei, prima vero id non certificat sed simpliciter rem repraesentat, et ideo tales operationes dicuntur differre modis diversis modo tendendi in obiectum, secunda operatio tali modo tendit in obiectum ut illud esse a parte rei certificet, prima modo tendendi non movit secunda operatio, et ideo posito iudicio movetur voluntas ad operandum circa obiectum illud cognitum et iudicatum, sed a sola apprehensione moveri non potest, quare cum cognoscimus iudicando essentiam esse a parte rei, id est correspondere existentiam et exercitium importatur diversitas solum ex parte cognitionis non ex parte obiecti, posito dico quod cum cognoscitur actuale exercitium existentiae correspondere a parte rei non repraesentatur ex parte obiecti diversa ratio formalis ab ea quae repraesentatur dum cognoscitur existentia ipsa sine actuali exercitio existendi solum differendum esse possibile et per primam operationem.

operationem intellectus, sed diversitas est solum ex parte cognitionum, unde falsum est quod in ipsa sextia formas distinguere ex parte obiecti omnes rationes formales.

ARTICULUS III

Utrum gradus Metaphysici distinguantur inter se nemine cogitante?

Pro tituli intelligentia revocandum est in memoriam quod explicatum est fusius in Logica unam et eandem simplicissimam entitatem esse multiplicem (virtualiter) quatenus in ordine ad diversas proprietates et operationes convenit cum alijs rebus diversis et inter se distinctis, unde fit eadem entitas in ordine ad illas diversas operationes respici pluribus conceptibus inadaequatis, v: g: Petrus quatenus est principium sentiendi est animal in quo convenit cum Leone, equo etc, quatenus vero est principium discurrendi in quo convenit cum Paulo et alijs hominibus est rationalis, et in Petro sunt huiusmodi principia more eiusdem indivisibiles tam rationalis, haec proprietates et principia sive rationes formales quas solum distinguit per intellectum et in ordine ad diversos conceptus appellantur gradus metaphysici et partes eorum, de quibus non est controversia, utrum distinguantur inter se etiam ex natura rei et ante omnem operationem intellectus, eadem difficultas est de individuatione quomodo distinguantur.

Scotus cum suis affirmat gradus metaphysicos inter se et etiam ab individuatione distingui formaliter ex natura rei et ante omnem operationem intellectus, namque praeter distinctionem realem, modalem, et rationis aliam invenerunt hi Authores distinctionem formalem ex natura rei, quae convenit rationibus formalibus vero inseparabilibus a parte rei, quibus tamen ante omnem operationem intellectus conveniunt praedicata contradictoria, etc: haec non possunt verificari de eodem nisi esse et esse aliquam distinctionem ex natura rei inter ea de quibus verificantur contradictoria ante operationem intellectus, et huiusmodi distinctionem tribuunt gradibus metaphysicis, v: g: animali et rationali, quia ante omnem operationem intellectus animali convenit sentire non discurrere, et contra rationali discurrere non sentire.

Sanctus Thomas j parte q: 40 art: 4 quem alij sequuntur cum Suarez disp: 3 sect: 9 num: 8 docet gradus metaphysicos et ab individuatione distingui sola ratione, hoc est, in ordine ad diversos conceptus quibus eadem res est sufficiens ratio diversarum proprietatum et operationum.

Dicendum est cum hac sententia esse. Probatur: nulla est necessitas tribuendi huiusmodi gradibus aliam distinctionem quam rationis et per ordinem ad diversos conceptus, atque probatur: tum quia huiusmodi gradus nunquam separantur a parte rei et qui semel sunt coniuncti non habent ut unus reperiatur sine alio, ergo nulla est necessitas est signum distinctionis ex natura rei et ante operationem intellectus, tum quia falsum est quod assumit Scotus, id est animali convenire ante omnem operationem intellectus non discurrere, nam ante omnem operationem intellectus datur solum entitas et realitas animalis quae habet et sensationem et discursum quem vero respicit animal respicit illa entitas in ordine ad sensationem praescindendo a discursu, unde solum sub conceptu animalis sive in ordine ad conceptum animalis non habet discursum sed ab illo praescindit, ut fusius explicavimus dum agerimus de perfectione obiectivi separabilitate probavimus de eadem entitate a parte rei nunquam verificari contradictoriam. Probatur 2do solis, in particulari de individuatione, quia aliquid distinctum ab alio cum eodem tamen convenire in aliqua ratione sub conceptu communi, ergo eadem res quae in ordine ad aliquas operationes convenit cum alijs, per seipsa est sine alio superaddito etiam ipsi distingui, ergo seipsa sit ratio haecceitatis et individuationis quae nihil est aliud quam ratio distinguendi unum ab alio. Probatur 2do: quia implicatio, haec in re Scotistae ponentes necessitatem distinctam ex natura rei: huiusmodi necessitas et individuatio ex distincta a quocunque

alio est hic

alio e tn ht dicatim cone cum alys individuis, qd a cu haecceitatem seu racem ultimo distinguentem ab ea alio, quare sicuti haecceitas Petri e distincta ab alys e cum ysdem se ipsa ht aliquam convenientiam e similitudinem, ita dici et qd eadem indivisibilis entitas Petri q ipsa e distincta a Petro Paulo caeterisq individuis e se ipsa etiam cum illis convenit e ht similitudinem in racione hois, aialis etc.

Obycies: si gradus metaphysici n distinguerent ex nra rei seipsis quae dicerentur de his gradibus essent falsa, ut qd aialitas prius racionalitate, qd ab illa dividat, e ubstrahat etc.

Rx qd eadem entitas et pluribus respectibus rei in ordine ad diversas operaciones representat ut meram explicationem, quae virtute multiplex, ita ut illud qd ex ipsis ex a parte rei licet n cum ea limitare, cum qua a nobis respicit, et ea ex multis illis operacionibus una e prior altera habens fundamentum in re existendi prius entitatem illam cum operacione priori deinde cum posteriori, v. g. qd posteriori e prior discursus e cognitione e ab illis supponit, habensq fundamentum secundum prius respectum aialis quam respectum racionalis, ex quo fit ut vera sit propositio qd aial ut aialitas prius racionali, nam qa particulae ut, quatenus, formaliter, n significant res ut sunt a parte rei sed se eadem in ordine ad respectum cum fundamento in re, ipsaeq illius propositionis n e qd entitas aialis sit prior entitate racionalis, sed solum sensus e qd entitas hois cum fundamento in re prius debet terminare respectum aialis quam respectum racionalis, sive qd idem e qd respectus aialis sit prior respectu racionalis, sive de aliqua entitate formet ille respectus n e necesse ut illa eadem possit terminare respectum racionalis, ita vero entitas quae terminat respectum racionalis sit etiam terminativa respectum aialis, simili racione cum dicimus qd aial ut aial n e racionale significat qd illud ens cum respicit respectu aialis consideratur in ordine ad quandam operacionem in ordine ad quam n consideratur cum respicit respectu racionalis, cum vero dicit aial abstrahit a racionalitate, sensus e qd respectus formalis racionalitatis e magis stricti e paucioribus potest applicari quam respectus aialitatis, e ideo sensus illius propositionis illiquis formaliter e in ordine ad respectus.

Obycies 2do: aial reperitur sine racionali, ergo ab illa distinguitur ex nra rei.

Rx aial qd e in hoie conjunctum cum racionali separatur ab illo nego antecedens, aial qd e in bruto e nunquam fuit conjunctum cum racionali, nego antecedens, e ideo hoc distinguitur realiter a racionali n vero illud.

Obycies 3tio: quae ht diversas definitiones distinguuntur ex nra rei, huiusmodi sunt aial e rationale.

Rx nego ma; cum e definitiones diversa sint respectus diversi, e de eadem re simplicissima contingeri respectus diversi in ordine ad diversas proprietates, sequitur qd etiam de eadem re possunt fieri diversae definitiones.

Obycies 4to: aliqua substantia ht suam individuacionem dependenter ab accidente, ut substantia divisibilis a quantitate, ergo individuacio distinguitur ab entia sicut distinguitur quantitas a substantia.

Rx nego antecedens, nam ut patet in quaest. de quantitate, substantia ht suas partes entitativas ex se e independenter a quantitate, unde illa ablata ut hic e si a Deo divideretur substantia post ablacionem quantitatis e una ejus pars poneretur in uno loco alia in alio adhuc esset dua individua substantiae.

Dices: ultima e completa individuacio quantitatis e cuiuscunq rei hoc prius simpliciter negatio ulterioris extensionis, ut explicatum e in physica, in alys etiam rebus individuis e ad summum ab aliquo extrinseco, ut patet in loco, nam eadem substancia entitative n e idem locus ex diversa

distantia ad

distantia ad partes fixas, et saltem in aliquibus individuis distinguit, nemine cogitante ab ectia.

R. ex dictis in hac quaestione solum probari quod individuatio non sumitur in omnibus eodem modo, quod aliquando individuatio addat connotatum aliquod extrinsecum vel aliquam negationem, verum secundum id quod individuatio importat in recto et pro quo supponit nunquam distinguitur ab entitate rei individuae, ut in exemplis allatis patebit intuenti.

Obiicies 5to: Aristoteles 9 metaph: cap. 15 ait intellectum non decipi circa simplicem substantiam, sed aut totum attingi aut nihil, sed intellectus attingit saltem non attingendo rationale quod ideo rationale non est una simplex substantia, alioquin intellectus deciperetur.

Respondemus Aristoteles esse quod circa simplicem substantiam, quam intellectus iudicio et operatione composita componit, quam simplici tantum apprehensione cognoscit intellectus non fallitur, quia in simplici apprehensione non est falsitas, ut explicatum est in lib. Perihermenias, ex quo loco nihil infertur contra nos, quia etiam quod intellectus attingit totam substantiam simplicem, quia ut patet ex dictis de quaestione obiectiva, dum cognoscit animal cognoscit etiam rationale secundum id quod dicit in recto.

ARTICULUS IIII

Quid sit Subsistentia et in quo differat a Natura?

Nomine naturae intelligitur primum operationum principium, ut in homine est humanitas quae importat materiam et formam unitas, quae vero natura non habet ex se stabilitatem ut sit alteri incommunicabilis, nam ex mysterio Incarnationis habemus quod natura humana possit alteri communicari, id est facere unum per se cum alio, ideo indiget subsistentia quae est ultimus terminus et complementum naturae reddens illam alteri incommunicabilem quod est idem ac per se subsistentem, subsistere est in se sistere et stare, nec ulterius progredi, quare subsistentia est ratio tribuens naturae incommunicabilitatem cum alio.

Subsistentia aliis etiam nominibus solet appellari, dicitur etc. et suppositalitas et personalitas, et etiam hypostasis, quanquam hoc ~~vocabulum~~ posteriorum acciperetur etiam pro concreto ex natura et subsistentia, differunt inter se suppositum quod est concretum ex natura et suppositalitate et persona, quia suppositum est commune tam rationali quam irrationali substantiae, persona vero definitur a Boëtio naturae rationalis individua existentia, quare haec duo differunt solum ratione naturae, naturae intellectuales subsistentes dicuntur personae, ut Deus, Angeli et homines, reliquae vero non intellectuales, ut equus, leo etc. dicuntur supposita seu naturae subsistentes, sed suppositum dicitur etiam quod de naturis intellectualibus, quia est utrisque commune. hypostasis aliquando vulgabatur pro ipsa substantia seu essentia, unde S. Hieronymus et alii PP. negant in Deo esse tres hypostases ne videantur multiplicare etiam essentiam, iam vero hypostasis ab Ecclesia sumitur pro subsistentia seu supposito et ideo iam libere Deo tribuuntur tres hypostases seu tres personae.

Ex dictis colligitur proprium effectum formalem subsistentiae explicari per incommunicabilitatem cum alio, subsistentia enim reddit naturam incommunicabilem, verum quia multiplex est incommunicabilitas cum alio, sicut enim esse aliquid incommunicabile cum alieno supposito licet communicabile alteri vel tanquam forma, vel tanquam pars, vel alia ratione, vel quod aliquid nulla ratione esse alteri incommunicabile, ideo est difficultas in explicando quaenam incommunicabilitas proveniat a subsistentia.

Prima sententia est quod subsistentia est principium incommunicabilitatis cum alieno supposito tantum, probatur: quia rationem formalem et totam subsistentiae non cognoscimus nisi ex revelatis in mysterio

mysterio Incarnationis, sed ex hoc solum colligitur quod subsistentia sit principium tantum incommunicabilitatis cum alieno supposito, & in Incarnatione verbum non assumpsit naturam humanam et assumpsit subsistentiam, ut docent Theol. etc., sed assumpsit solum incommunicabilitatem cum alieno supposito, nam humanitas Christi manet incommunicabilis alteri tanquam forma tanquam pars integralis etc. et subsistentia consistit solum in incommunicabilitate cum alieno supposito.

2da sententia est quod subsistentia sit principium incommunicabilitatis cum alio et tanquam supposito et tanquam subiecto sustentanti. Probatur quia subsistere est stare per se, sed eo ipso quod aliquid non communicat alteri tanquam supposito et subiecto sustentanti, stat per se, unde [illegible] rationalis licet sit in materia, quia ab illa non sustentatur, communiter dicitur forma subsistens, aliae vero formae materiales non subsistunt, quia sustentantur a subiecto. Ex hac sententia sequitur in composito humano duplicem esse subsistentiam partialem alteram formae alteram materiae, nec [illegible] sustentatur a subiecto, in caeteris vero compositis forma materialis est quidem modum subsistentiae per quem reddit incommunicabilis alieno supposito, qui modus complet et efficit subsistentiam materiae, ipse tamen non est subsistentia quia non reddit formam materialem incommunicabilem alteri tanquam subiecto sustentanti.

Tertia sententia est quod subsistentia est principium omnimodae incommunicabilitatis, in qua sunt duo modi dicendi; primus est quod modus ipse subsistentiae per se tribuat naturae omnimodam incommunicabilitatem quod tamen [illegible] difficultatem, quia natura humana ex se est sine illo modo superaddito et incommunicabilis alteri tanquam forma, tanquam pars integralis etc., sed non potest dari forma quae sit a natura ordinata ad tribuendum effectum qui antea supponatur in subiecto, quia esset etiam superflua et subsistentia non potest naturae tribuere omnimodam incommunicabilitatem, sed aliquam natura habet ex se.

2us dicendi modus est quod subsistentia dicat principaliter et in recto modum substantialem et in obliquo naturam, utrumque tamen essentialiter, sicut quia in definitione personalitatis ponitur etiam natura et distinguitur personalitas a suppositalitate tantum secundum naturam rationalem, modus autem ille naturae additus tribuit naturae solum incommunicabilitatem cum alieno supposito per quam completur incommunicabilitas incompleta quae ex se convenit naturae, et ideo posito illo modo natura habet omnimodam incommunicabilitatem, et quia quae tribuit ultimum complementum alicui totius dicitur semper tribuere totum, ut alibi explicavimus multis exemplis, ideo modus subsistentiae dicitur tribuere naturae omnimodam incommunicabilitatem.

In hoc modo dicendi salvatur quod verbum in Incarnatione assumpserit subsistentiam, quia assumpsit aliquid essentiale subsistentiae scilicet modum superadditum naturae et ablata parte aufertur totum. Neque etiam ex hoc sequitur quod verbum assumpserit partem subsistentiae creatae, quia assumpsit naturam humanam quae in hoc dicendi modo est pars essentialis subsistentiae, nam sequitur solum quod verbum assumpserit partem quae non sit subsistentia et pro qua non supponit subsistentia cum importetur in obliquo, neque est absurdum quod subsistentia componatur ex aliquo qui non sit subsistentia per se et per se acceptus, nam in ordine sensibili in parte integrali ligni, aquae etc. est pars suppositalitatis quae tamen non est suppositalitas, et forma materialis in sententia Suarij habet modum complentem subsistentiam materiae qui tamen non est subsistentia.

Dicendum est subsistentiam completam et simpliciter et ultimum complementum naturae in ratione subsistentiae existentis per se stantis et alteri incommunicabiles.

Pot: tum qa

Positivum qa subsistentia e vltimus terminus naturæ substantialis n alia rone nisi qa illam vltimo reddit incommunicabilem cum alioquin sine subsistentia posset alteri vniri e communicari ad faciendum vnum per se, tum qa subsistere simpliciter e ita subsistere in se sine ut eidem e ita perse stare vt n progrediatur vlterius, tum qa SS. PP. e Concilia ex coprobant humanitatem Xti n habere propriam subsistentiam, qa communicat verbo e cum illo facit vnum. Et subsistentia e ratio reddens naturam incommunicabilem alteri, dixi subsistentiam completam e simpliciter, qa vera dicendum e vtrum in substantia composita dentur subsistentiæ incompletæ e partiales, dixi subsistentiam e vltimum complementum naturæ &c, qa licet natura Angeli v.g. ex se e independenter a subsistentia habeat aliquos modos incommunicabilitatis cum alio, qa n potest alteri communicari se neque tanquam forma neque tanquam pars integralis, tn ex se habet vt possit communicari alieno supposito, imo etiam vt possit communicari e vniri cum propria subsistentia creata e cum illa facere vnum per se, posita vero e superaddita ratione formali subsistentiæ n potest alteri communicari vlla ratione, vnde licet ratio formalis superaddita naturæ n afferat secum omnes modos incommunicabilitatis sed aliquos supponat in natura n intelligitur habere rationem subsistentiæ completæ e simpliciter nisi quatenus connotat naturam habentem ex se alios modos incommunicabilitatis, sicut curvitas n habet rationem simitatis nisi quatenus connotat tale subiectum determinatum nempe nasum.

Dices naturam Angeli ex se e independenter a subsistentia habet n posse communicari alieno supposito et hanc incommunicabilitatem n habet a subsistentia superaddita.

R. nego ans, nam licet natura Angeli habeat ex se radicaliter exigentiam propriæ subsistentiæ ratione cuius dicitur fieri formaliter incommunicabilis alieno supposito, formaliter tn n habet ex se principium proximum e formale huius incommunicabilitatis.

Dices 2do. natura Angeli ex se habet n posse naturaliter communicari alteri tanquam supposito e solum supernaturaliter habet indifferentiam vt hac ratione alteri communicetur, sed natura n potuit restituere formam aliquam ad tollendam indifferentiam supernaturalem naturæ Angeli, et n potuit per hoc instituere subsistentiam.

R. Licet natura Angeli solum supernaturaliter possit vniri alieno supposito, tn naturaliter proprio potest vniri e communicari, cum e. natura creata pro sui limitatem n possit habere identificatum vltimum complementum e terminum subsistentiæ debuit naturaliter acquirere aliquid superadditum ratione cuius determinaretur e fieret suppositum completum, et hoc ergo institutum e subsistentia. R. qa res vltimo determinata implicat vt vlterius progrediatur e alteri communicetur, unde subsistentia affert etiam incommunicabilitatem cum alieno supposito e aufert illam indifferentiam supernaturalem subordinatam naturæ ad hanc auferendam.

ARTICULUS V

Vtrum Subsistentia superaddat naturæ aliquid positivum?

Durandus e Henricus apud Suarium disp: 34 sect: 2 num. 4 negarunt quicquam superaddere, siue positivum siue negativum, docent e. qd suppositum differt a natura sola ratione e ex modo significandi quatenus natura v.g. humanitas significat in abstracto, suppositum vero in concreto vt homo, vnde hns humanitatem cum tn in re idem sint homo e humanitas e vnum de altero possit prædicari.

Sed contra e,

Sec vtra ergo ex mysterio incarnaois de fide habemus humanitatem fuisse assumptam a Verbo non vero suppositum humanum ac proinde in Christo manere humanitatem singularem non vero suppositum creatum & haec duo distinguunt nemine cogitante, quia vnum potest manere sine alio.

Scotus in 3 dist. 1 q. 1 et dist. 6 q. 1 et alibi docet quod subsistentia et suppositum creatum nihil positiuum superaddit naturae singulari sed solum duplicem negationem, primam actualis negationem aptitudinalis terminationis ab alio sui ordinis, quia suppositum creatum non debeat esse aptum vlterius terminari vel compleri ab alio eiusdem ordinis creati, propterea anima separata non est suppositum quia est apta compleri a materia, et sic de alijs, quia haec habent rationem partis, secundam actualis esse negationem actualis terminationis ab alio alterius ordinis, propterea humanitas Christi Domini ex se non est suppositum nec habet propriam subsistentiam, quia completur et terminatur a Verbo diuino, licet enim humanitas habeat priorem negationem, scilicet aptitudinis et capacitatis naturalis vt ab alio sui ordinis terminetur tamen potest terminari et de facto terminatur a Verbo quod est alterius ordinis, quare suppositum in sententia Scoti dicit in recto naturam subsistentem individuatam et notat in obliquo duplicem negationem explicatam.

Dicendum est subsistentiam superaddere naturae indiuiduae aliquid positiuum distinctum ex natura rei, est sententia S. Thomae 3 parte q. 2 art. 2, Vasquez ibidem cap. 31, Suarez ibidem disp. 8 sect. 3 et disp. 34 metaph. sect. 2. Probatur haec sententia multis argumentis quae videri possunt apud Authores citatos, omnium efficacissimum sumitur ex paritate diuinarum personarum: personae diuinae habent proprias subsistentias quae prout ratione distinguuntur a natura diuina non superaddunt solum negationem, ergo pari ratione subsistentia creata prout distinguitur a natura non superaddit solum negationem. Ante est certum et admittitur a Scoto. Consequentia probatur: quia persona creata est quaedam participatio personae diuinae, nam quemadmodum Deus communicauit creaturis reliqua quae non involuunt infinitum sic quoque et illis communicauit perfectionem subsistentiae et vltimi termini naturae, vnde SS. Patres et Theologi eodem hoc modo loquuntur de subsistentia creata et diuina.

Quaeritur 3tio: vtrum in substantijs compositis subsistentia conueniat solum toti an etiam partibus?

Respondeo duplicem posse esse sensum quaesiti; primus an subsistentia sit simplex recepta immediate in vtraque parte, an potius composita ex duplici parte quarum vna sit in materia alia in forma, 2us sensus est an partibus ex quibus componitur subsistentia competat rectius et ratio subsistentiae ita vt etiam forma vel materia distributiue accepta subsistat. Quod spectat ad primam partem dico cum Suarez disp. 34 sect. 5 in substantijs compositis subsistentiam esse compositam. Probatur: quia melius ita proportionatur essentiae, sicut per eandem rationem alibi posuimus existentiam compositam, confirmatur: quia subsistentia est ratio determinans existentiam ad esse per se, sed in composito duplex est existentia partialis ergo etiam duplex subsistentia seu ratio determinans ad esse per se.

Quod spectat ad 2dum, Vasquez 1 parte disp. 125 cap. 4 num. 17 et 3 parte disp. 32 existimat non dari subsistentias partiales ac proinde nec materiam neque formam rationalem in composito vlla ratione subsistere. Fundamentum est, quia esse per se in quo

consistit

ristit neptg subsistia repugnat cum ee in toto & repugnat vt mãa e foã existentes in toto subsistant e sint per se. Suarez disp: 34 sect. 5 affirmat dari subsistias partiales e tam mãam quam Aiam tẽdalem in composito existere.

pro solutione.

Notandum ẽ ex S. Thoma 1 parte q. 75 art. 2 ad 1mum subsistens accipi põe dupliciter, 1mo quocunq subsistente, 2do pro subsistente completo, 1mo modo inquit S. Thomas excludit inhærentiam accidentis, 2do excludit imperfectionem partis, ex quo sequitur Aiam rãoalem ẽe subsistentem 1modo, id ẽ, cum addito partialr   incomplete n 2do. qua doctrina pt vlterius explicari, nam ẽe in alio ꝗ opponitr modo eẽdi per se accipitr multipliciter, 1mo vt ẽ proprium accidentis ꝗ definitr ẽe in alio ẽ n vt pars, qã ẽ in toto substrali ꝗd denominet vt n vtcq pars sed illud supponit cstitutum; 2do ẽe in alio dicitr de partibg substrialibg vt mãa e foã, quæ ita st in toto vt illud cstitueant, inter foãs vero substriales foã mãalis magis per se ẽ in toto quam Aia rãoalis, qa hæc rãaliter existit extra totum, illa vero n pt ẽe nisi in toto, quare similiter etiam ẽe per se multipliciter dicitr, 1mo prout excludit inhærentiam accidentis ẽ in hac acceptione partes substriales cstituentes totũ conveniunt ẽe per se ẽ n in alio., 2do ẽe per se dicitr prout excludit dependentiã a toto, in qua acceptione Aia rãoalis ẽ subsistens n vero foæ mãales.

3tio accipitr prout excludit imperfectionem partis, ẽ in hac acceptione convenit ẽe per se tantummodo ẽ e. idem ac subsistere complete, cum partibg convenit solum subsistere partialiter, inter subsistias partiales illa quæ excludit tam inhærentiam accidentis quam dependentiam a toto ẽ pfectior altera excludente solum inhærentiam, ẽ ideo pfectig ẽ in sensu magis rigoroso dicitr subsistere de Aia rãoali e mãa quam de formis mãalibus.

Dicendum ẽ dari subsistias partiales seu partibg componentibg substantiam convenire neptum subsistias. Pbtr 1mo: qa Aia rãoalis e mãa 1mo & vere ẽ proprie creantr quamvis sint in composito & vere subsistunt n complete e totaliter sed partialiter, pbtr seq: qa vt sæpe docet S. Thomas ẽ oẽs communiter, creao ẽ rerum subsistentium. Pbtr 2do: subsistere ẽ ẽe per se ẽ n in alio, sed mãa e foã convenit etiam cum st in toto n ẽe in alio ẽ sequenter ẽe per se, qa n st in alio per inhærentiam sicut st accidentia, & convenit illis subsistere, n complete & incomplete ẽ partialiter. Confirmatr: neptg substia qui primo ẽ per se 1mo etiam simpliciter ẽ sine addito convenit toti composito tribuitr cum addito etiam partibg componenti, nam ẽ mãa e foã distributive accepta st substia, n complete sed incomplete. & etiam neptg subsistia qui per se ẽ simpliciter convenit toti tribui debet etiam partibg cum addito incomplete e partialiter.

Ad fundtm 1mæ sentiæ R. qd ẽe per se complete repugnat cum ẽe in toto, n vero ẽe per se partialiter ẽ incomplete, vt ptt ex dictis.

Obyceres 1mo: Aia rãoalis in toto n ẽ partialis psona neq partialis hypostasis & neq etiam

e neq etiam e partialiter subsistens.

R. nego seq: latius ee potest subsistentia quam persona et hypostasis, subsistentia e. dicitur etiam de rebus inanimatis et de natura irrationali, vnde forma rationalis separata a Vasquez et alys communiter dicitur subsistens, non tamen dicitur ee persona partialis aut semipersona, et ratio vlterior e, quia denominatio persona hypostasis et suppositi sumitur solum in ordine ad totum non in ordine ad partes, sicut denominatio hominis convenit soli toti non partibus, neq e. anima et homo partialis sed pars hominis, denominatio vero subsistentis sumitur etiam per ordinem ad partes, vt patet ex dictis.

Obycies 2do: gutta aquæ si non sit alteri vnita e suppositum et si alteri vniatur desinit ee suppositum ergo sola negatio vnionis cum alio satis e ad constituendum compositum sine alio positivo superaddito. Consequentia patet quia ea negatio posita ponit et ea ablata tollit.

R. suppositum dicere duo scilicet naturam substantialem integram et modum subsistentiæ, negatio autem vnionis et continuationis huius guttæ cum alia requiritur ad individuationem huius guttæ seu vt sit hæc numero gutta distincta a qualibet alia, vt dictum e de quantitate, nam in ys quæ habent partes homogeneas completa individuatio superaddit entitati negationem extensionis et continuationis cum alia, requiritur ergo negatio vnionis cum alia adhoc vt gutta aquæ sit hæc seu vt sit hoc individuum, et consequenter etiam vt sit suppositum, quod, vt diximus importat individuum substantiale, sed hoc non e satis ad rationem suppositi, quia in Christo Domino e natura humana individuata, non tamen humanum e creatum suppositum, quare ad suppositum requiritur præterea subsistentia positiva, vt probatum est, in forma ad argumentum præterea ans quia vt supra diximus suppositum dicitur solum de toto non de partibus, et nego seq: quatenus e quod illa negatio continuationis cum alio requiratur adhoc vt gutta constituat suppositum aliud quod illa sit satis adhoc vt sit suppositum, primum e verum, quia ea negatio requiritur ad individuum completum sine quo non e suppositum, 2dum e falsum, quia manente illa negatione non auferret ab aqua subsistentia non esset suppositum.

Ex dictis colligitur quod suppositalitas seu subsistentia in continuo actu vna sicut partes actu distinctas, quod tamen fieri plures per separationem et divisionem sicut possunt fieri diversæ partes eiusdem continui, aly tamen existimant in continuo subsistentiam ee indivisibilem et replicatam per omnes partes continui, ita vt cum additur vel detrahitur aliqua pars continui v.g. vna gutta maris mutetur tota eius subsistentia, sed melius ponitur subsistentia proportionata suo subiecto, divisibilis ad divisionem continui, et incredibile videtur quod ablata e mari aliqua parva gutta debeat mutari tota maris subsistentia.

Obycies 3tio: SS. PP. expresse asserunt naturam humanam Christi Domini non habere propriam subsistentiam quia vnitur divinitati Verbo, sed ipsi dari subsistentia partialis nulla e, hæc illorum dici potuit quod subsistentia natura humana e partialis ac proinde quod cum subsistentia Verbi facere vnum per se et vnam subsistentiam completam.

R. non posse dici quod subsistentia propria humanitatis sit subsistentia partialis, quia hac ratione natura humana subsistens propria subsistentia esset totaliter ens incompletum

et pars

e pars alterius, atque ita nullo modo esset ens completum; sed urgebit adhuc, quia etsi natura humana subsistens propria subsistentia sit quidem completa in ordine naturali, quatenus cum alia re naturali non potest facere unum, id satis esse videtur ut modo dicatur simpliciter ens completum; verum ponite quod non repugnet subsistentia partialis, tunc etiam poterit quod subsistentia humana sit incompleta et partialis in ordine supernaturali, quia cum Verbo potest facere unam subsistentiam completam atque ita nulla est ratio in Christo non manere propriam subsistentiam creatam.

R. quod non licet hac ratione philosophari, quia in Christo Domino ponerent duo entia omnino persona simpliciter completa, quod repugnat Patribus et Conciliis, natura enim humana cum propria subsistentia est ens et persona simpliciter completa, alioquin de nullo verificaretur simpliciter quod sit persona completa et similiter Verbum divinum est persona completa. Ergo, unde Christus simpliciter non esset una sed duae personae.

Ex dictis colligitur subsistentias partiales fore et naturae comparari inter se ut actum et potentiam, patet quia faciunt unam subsistentiam completam neque alia ratione possunt facere unum nisi ut actus et potentia, tum quia debent proportionari cum existentiis illarum partium quae alibi probavimus comparari ut actum et potentiam cum partibus ipsis et quamvis subsistentia forma non tribuat subsistentiam materiae in qua recipit effectum formalem subsistendi tribuit tamen unam subsistentiam completam et habere complementum ultimum sibi debitum sicut existentia formae tribuit existentiam materiae non existere sed esse existentiam completam.

Quaeres 2do quaenam sit causa subsistentiae?

R. causam efficientem principalem esse generantem, quia a generante producuntur omnia quae debent rei in primo instanti generationis, huiusmodi autem est subsistentia, causa vero efficiens immediata et intrinseca est ipsa natura, quia sicut aliae proprietates emanant immediate ab ea, ita subsistentia debet immediate emanare a natura substantiali cui debetur tanquam proprietas.

Dices: inhaerentia accidentis non fit ab accidente, ergo neque subsistentia a natura.

R. disparitatem esse quia inhaerentia accidentis est unio cum subiecto, et sicut unio substantialis non emanat a partibus unitis, quia generans partim in hoc nil aliud producit nisi unionem, ita neque unio accidentis debet emanare ab accidente, subsistentia vero non est ratio unionis naturae cum alio et ideo de illa est dispar ratio.

Quaeres 3tio an subsistentia sit principium influens in operationes quae fiunt a supposito?

R. negative cum Suarez disp. citt. sect. 7 num. 6; probatur 1mo quia operationes humanae Christi Domini procedunt tanquam a principio adaequato a natura humana et subsistentia non est earum principium. Antecedens patet, in eas operationes non influit subsistentia creata, quia haec non est in Christo, neque subsistentia Verbi, quia nulla operatio ad extra procedit ab una persona divina quin procedat ab omnibus, unde dicuntur operationes Trinitatis ad extra esse indivisae, sed si subsistentia Verbi influeret in operationes humanas Christi Domini illa sola operaretur ad extra, quia sola est unita naturae humanae; probatur 2do subsistentia componit naturam completam in ratione naturae et supponit completam in ratione principii activi, natura enim definitur principium motus etc. ; 3tio per eosdem argumentis probatur subsistentiam non esse principium passivum operationum, quia operationes in Christo Domino recipiuntur in sola natura, et quia natura est sufficiens principium passivum, ut patet ex eius definitione.

Dices:

Dices: subsistentia in divinis complet naturam in ratione principii formalis generandi et spirandi, ergo etiam in creatis.

Resp. disparitatem, quia cum natura divina eadem reperiatur in Patre et Filio non potest esse principium formale generandi filium, quia inter generans et genitum debet esse distinctio quae in divinis solum est inter personalitates, in creatis vero ipsamet natura producens est distincta a natura producta, ideo ipsa est sufficiens principium productionis.

Adde tamen cum eodem Suarez subsistentiam non se habere concomitanter ad operationes, sed per se praerequirit ex parte principii, probatur: ex natura rei prius quaeritur res in suo esse completa quam operetur, sed subsistentia est complementum naturae a quo procedunt operationes, ergo ordine naturae prius res subsistit quam operetur. Probatur 2do: subsistentia in aliquo genere causae praerequiritur ad esse naturae, ergo etiam ad eius operationes, quia operationes sequuntur ad esse. Ans. probatur: natura dependet in esse a subsistentia, ita ut sine subsistentia, vel alio supplente eius sustentationem non possit existere, ergo subsistentia est aliqua ratione prior esse naturae, hoc 2dum Ans. probatur: quia natura sine subsistentia est ens substantialiter incompletum et naturaliter sine propria subsistentia esse non potest, ergo natura sustentatur et manutenetur intime a subsistentia. Conseq. probatur: quia ens incompletum dependet et manutenetur intime a suo complemento sine quo non potest naturaliter existere, ut patet inductione in materia et forma materiali, quas ob hanc rationem alibi ostendimus invicem dependere, vide quae diximus in quaestione de causa materiali et formali. Dixi naturam dependere a subsistentia in aliquo genere causae, scilicet: in genere causae formalis extrinsecae, subsistentia enim est forma quae informando naturam tenet illam intime, sicut forma substantialis tenet in esse materiam, nec obstat quod subsistentia causetur a natura tanquam a subiecto sustentante, quia mutua causalitas in diverso genere non repugnat, subsistentia vero Verbi divini supplet circa humanitatem vicem subsistentiae creatae non in genere causae formalis, quia hoc repugnat Verbo, sed alia ratione sustentando humanitatem sibi unitam sicut Deus potest supplere causalitatem formae circa materiam in alio genere causae.

Subsistentiae opponitur inhaerentia quae nihil est aliud quam unio accidentalis per quam accidens inhaeret et unitur subiecto, distinguitur inhaerentia actualis ab accidente, quia in Sacramento Eucharistiae separatur inhaerentia ab accidente et remanet quantitas panis sine unione ad subiectum; dixi inhaerentiam actualem distingui, nam aptitudinalis est ipsa entitas accidentis, ipsa vero inhaerentia et unio actualis per se ipsam et entitative non per aliquid superadditum unitur subiecto, ne detur processus in infinitum; et idem dicendum est de aliis accidentibus, quae nec per ullam potentiam transferri possunt de uno subiecto in aliud, neque existere separata ab omni subiecto, quia in his non habemus fundamentum distinguendi inhaerentiam ab eorum entitate cum nunquam reperiantur, neque possint reperiri separata ab inhaerentia, dari autem aliqua accidentia huiusmodi quae entitative sint affixa alicui subiecto et conditionem actus modi, probatur: quia illa quae se habent per modum ultimi determinativi et unionis actualis cum alio, se ipsis debent uniri, ne detur processus in infinitum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST